

- per se vel per procuratores, speciali mandato instructos, consentiant. II. in *cit. l. si se* (cui succinit *l. non quidem 1. Cod. de Jurisdic.*) dicitur, *cujusvis Judicis, qui tribunali preest, vel aliam Jurisdictionem habet, Jurisdictionem prorogari posse.* Cum ergo Lex concedat, aliam Jurisdictionem, quam Ordinariam, esse prorogabilem; nec distinguat inter Delegatam Universalem & particularem, nec nostrum erit distinguere; præcipue & III. quia non potest solida disparitas assignari inter casum unum & alterum: idem enim Jurisdicção Delegata universalis potest prorogari, quia Delegatus universalis fungitur vice & munere Delegantis, cujus Jurisdicção haud dubie est prorogabilis. Sed etiam Delegatus particularis fungitur vice & munere Delegantis. Ergo &c.
- 129 Dices I. limitata causa limitatum producit effectum. Ergo Jurisdicção Delegata particularis ad solam causam, quæ fuit Delegata, limitatur, nec ad aliam extenditur.
- 130 Resp. negandò suppositum entymematis, quòd nempe Jurisdicçãois Prorogatio proveniat à Jurisdicçãoe Delegata, tanquam causa: nam ex *num. 110.* causa immediata est consensus partium, & mediata est Lex, quæ ratificat & confirmat partium consensum, dummodò ex parte Judicis incompetentis sit aliqua Jurisdicção, sive Ordinaria, sive Delegata *d. l. si se 1. ff. de Judic. d. l. non quidem 1. Cod. de Jurisdic.*
- 131 Dices II. in *cap. P. & G. 40. de Off. Jud. Deleg.* manifestè reprobatur Prorogatio Jurisdicçãois Delegatæ, ibi: *quia in dictum l. nullam Jurisdictionem habeas, Jurisdictionis Prorogatio*

nulla noscitur existisse: cum hujusmodi Delegata Jurisdictione ad alias personas nequeat prorogari.

Resp. I. textum hunc aut nimis multum, aut nimis parum probare. Dum enim Delegatus, etiam universalis, non habet Jurisdictionem in personas illas, quæ Prorogationem petunt (ut potè cum alias Prorogatione opus non esset) sequitur sanè, nec Delegati universalis Jurisdictionem à personis non-subditis prorogari posse. Imò sequitur, ne quidem Jurisdictionem Ordinariam Prorogationi esse obnoxiam: cum & illa fiat de non-subdito ad subditum; Pontifex autem dicat, & respectu illorum, qui *Jurisdictioni prefunt, non valere Prorogationem in eos, in quos Jurisdictionem non habent.*

Resp. II. textum recitatum exponi debere de casu, quò non utraque litigantium pars, sed una duntaxat, in Prorogatione consentit, sicut ibidem solammodò de I. Laico dicitur, quòd voluerit Jurisdictionem prorogare, nihil exprimentò de mercatoribus, quibuscum L. Laico negotium erat: hocque ad mentem *cit. cap. cum olim d. 5. supra in num. 126. explicati.*

Resp. III. cum Gonzalez ubi supra *num. 5.* in eodem textu solummodò reprobari Prorogationem Jurisdicçãois Delegatæ de persona ad personam, non verò de causa ad causam similem: cum enim persona cum alia persona connexionem non habeat, Jurisdicção Delegata non tam extendi, quam noviter dari videretur; cum econtra, ubi semel Jurisdicção in personam est concessa, & causa est similis, non tam noviter dari, quam extendi censetur.

§. III.

Quot modis fieri possit Prorogatio?

- 136 Prorogatio quatuor fieri modis, vulgò dicitur. Primò de persona ad personam. Quando enim Judex respectu personarum est incompetentis, eò quòd persona illa privilegium speciale sint adeptæ, Jurisdictionem incompetentis Judicis in se prorogare, privilegio suo, in favorem privatum introducto, renuntiare, ac judicio alieno se submittere, expressè vel tacite possunt *l. si se 1. & l. seq. in pr. & §. 1. ff. de Judic.* Et hic modus à nemine, quantum scio, revocatur in dubium. Vinnius de *Jurisdic. cap. 11. n. 5. & seqq.*
- 137 Secundò fit de tempore ad tempus, quando scilicet Jurisdicção, ad certum temporis intervallum data, extra illud consensu partium extenditur per textum in *l. concessisse 2. §. 2. ff. d. l. Obrecht cir. cap. n. 33.* & alii, quos citat Boecerus *d. cap. 7. n. 47.*
- 138 Hunc tamen prorogandi modum rejiciunt Panormitan. in *cap. P. & G. 40. cit. de Off. Deleg. num. 12.* Boecerus *d. n. Vinnius cir. l. cap. 10. num. 12.* D. de Bassis *d. l. th. 35. n. 4.* Gletle *d. g. 1. n. n. 9.* tum quia, si Jurisdicção ad certum tempus sit data, Judex transactò tempore, delinit esse persona publica, & jure priva-
- torum consideratur: ergo, cum voluntas privatorum nequeat homini privato tribuere Jurisdictionem *l. privatorum 3. Cod. de Jurisd. nequit etiam Prorogationem de tempore ad tempus operari: tum quia cit. l. concessisse §. 2.* non loquitur de Prorogatione Jurisdicçãois, sed prolongatione Notionis in Judice Pedaneo, qui, si datus fuerit, ut intra certum tempus judicet, potest etiam post illud tempus, quod in favorem litigantium determinatum consetur, judicare; non ita Judex Jurisdicçãois, qui ad certum tempus quandoque; Legge publicè & ob bonum publicum constituitur, cui renuntiare, non est licitum privatis.
- His accedo, si sententiam suam ad Jurisdictionem Ordinariam limitent; quoad Delegatam verò Prorogationem cum Panormitano *cit. l. concedant, propter expressum textum in cap. de causis 4. d. 1.* & ibi Gonzalez in *n. 3.* Ratio est: quia & in Judice Delegato tempus exercende Jurisdicçãois in favorem partium adjectum præsumitur; cui proinde cedere possunt, si velint.
- Tertiò fit propagatio de loco ad locum, quando scilicet Jurisdicção, certo territorio adscri-

- ta, extra illud ex voluntate partium protrahitur. Sed & hanc Prorogationem cum ipso- met Obrecht *d. cap. 14. n. 20.* dedignantur. Autores in loci citatis Boecerus *n. 46.* Vinnius *n. 8.* D. de Bassis *d. n. 2. & 2.* Gletle *n. 6.* partim quia Magistratus extra suum Territorium est instar personæ privatæ per *l. Præf. 3. 142 ff. de Off. Præf. l. ult. ff. de Off. Præf. urbi:* partim quia extra Territorium jus dicenti nulla constat autoritas; nullaque iis, quibus jus dicitur, vis est parenti *cap. ult. de Confit. in 6. l. ult. ff. de Jurisdic.*
- 143 Istorum sententiam rursus accepto, si, ut prior, restringatur ad Jurisdictionem Ordinariam: quòd enim Jurisdicção Delegata à Summo Principe possit ubivis locorum consensu partium exerceri, textus est in *cap. Statutum ii. §. in nullo de Rescript. in 6.* Ratio est: quia Delegatus Summi Principis representat Delegantem, qui ubivis locorum Jurisdictionem exercet. Gonzalez *cit. l. n. 5.*
- 144 Quartò fit Prorogatio de re ad rem, seu de causa ad causam, quando Jurisdicção, ad causam determinatam limitata, consensu partium ad aliam & distinctam causam ampliatur, veluti si Sempronius, qui de solis causis pecuniariis, summam 100. imperialium non excedentibus, jus dicere valet, consensu partium de summa majori jus dicit per text. in *l. de qua re 74. §. 1. ff. de Judic. l. inter 28. ff. de Municipi.*
- 145 Sed & hic notandum est, Proroga-

tionem de causa ad causam non procedere, nisi utraque causa maneat in eodem genere & ordine. Sutholt *aphor. 376.* Vinnius *d. l. cap. 11. num. 7.* Gletle *d. q. n. 5.* Unde

Inferitur I. non tantum Clericos sed & Laicos non posse in se prorogare Jurisdictionem Judicis Laici quoad causas spirituales: quippe quarum disquod privatè ad solos Judices Ecclesiasticos pertinet per *cap. de cernimus 2. 3. & 4. de Judic.* aliosque notissimos textus. Boecerus *d. l. num. 29.* Obrecht *d. l. num. 28.*

Inferitur II. Jurisdictionem, quæ competit alicui de solis causis civilibus, non posse ad criminales prorogari; nec vicissim Jurisdictionem, quæ data est circa causas civiles, ad criminales per *l. solummodo 61. §. 1. ff. de Judic. l. non defensa 1. Cod. ubi causa fiscales & c.* Obrecht *d. l. n. 26. & seqq.* Neque enim de criminibus cognoscere fas est, quibus specialè Legge potestas non deferatur.

Inferitur III. de causa feudalial ad allodialem; uti & de allodiali ad feudalem, Jurisdictionem non rectè prorogari. Nam neque Dominus feudi aut Pares Curie de causis aliis quam feudalibus judicare possunt, neque Judices alii Domino feudi aut Paribus Curie judicatura causarum feudalium præjudicium inferre valent. Sutholt *d. aphor. 376.* Boecerus *d. l. num. 30.* dissentiente D. de Bassis *th. 40. de Jurisdic.*

§. IV.

Quis effectus sit Jurisdictionis Prorogatæ?

- 149 Effectus Jurisdicçãois Prorogatæ ex parte prorogantium est, quòd Judicem prorogatum, præstitò semel consensu, non amplius reculare valeant, sed illius judicio & sententiæ teneantur acquiescere. Rota Rom. in *recent. p. 16. dec. 36. n. 43.* & *dec. 10. n. 5.* Ex parte Judicis est, quòd incompetentè faciat competentem, tantumque; juris illi tribuat in prorogantes, quantum habuisset, si Jurisdicção Ordinaria vel Delegata penes ipsum fuisset. Unde Jurisdicção Prorogata assumit naturam illius Jurisdicçãois, quæ prorogatur; ac, si ista non admittat appellationem, neque illa admittit; si ista expiret, & illa expirat. Vinn. *d. cap. 11. n. 12.* D. Gletle de Bassis *cit. l. th. 34. n. 3.*
- 152 Quæres: utrum, quòd dictum est in *n. 149.* non amplius licere partibus Judicem prorogatum reculare, ubi semel consensum præsti-
- terunt, verificetur, sive pactò nudò sive stipulatione Jurisdicçãoem illius agnoverint?
- Resp. cum Stryckio in *usu mod. ad vir. de Jurisdic. §. 25.* de Jure Romano multum interesse inter pactum nudum & stipulationem: nam, ubi pactò nudò prorogata fuit Jurisdicção, id adeò firmum non est, ut, si partes, mutata voluntate, Judicem prorogatum, antequàm aditus fuerit, reculare velint, ad servandum pactum compelli possint per *l. si convenierit 18. ff. d. r.* At ubi stipulatione intercessit, sius illi manet effectus, & si pars una stipulationi parere nolit, efficaciter ad hoc compelli potest. Sed quia moribus hodiernis pacta nuda quoad vim agendi sunt exæquata stipulationibus, non magis uni, invitã alterã, licebit à pacto, quam à stipulatione reculare.

SECTIO III.

De Jurisdictione Conservatoria.

SUMMARIUM.

155. Jurisdicçãois Conservatoria nomen. 156. Definitio. 157. Est potestas publica. 158. & seq. Quasdam. 159. & seq. Ab injuriis & violentiis manifestis. 164. Sine judiciali cognitione. 165. Defendendi. 166. & seq.
- à S. Pontifice concessa. 168. & seq. Disquiratur: utrum hæc Jurisdicção sit Ordinaria, vel Delegata? 173. & seq. Si immediatè concedatur à S. Pontifice, conceditur personis, in Dignitate vel Personatu constitutis. 175. Si concedatur Ddd 3 ceda-

cedatur mediis, etiam Canonici Cathedralibus indulgenti potest. 176. & seq. Subditi vel Conservatores inter se non possunt esse Conservatores. 183. & seq. Non admittit Subdelegationem.

180. & seq. Conferi amplam potestatem. 182. Obligat ad servandas limites causarum manifestarum & eorum locorum. 183. Nec non ad observantiam Trid. Conc. sess. 14. de ref. cap. 5.

§. I.

Quid sit Jurisdicchio Conservatoria?

155 Jurisdicchio Conservatoria dicitur à conferendo. Conservare verò nil aliud denotat, quam jus pristinum retinere. arg. l. per procuratorem 72. ff. de Procuratorib.

156 Describi potest, quòd sit potestas publica, quosdam ab injuriis & manifestis violentiis, absque judiciali cognitione, defendendi, à S. Pontifice concessa.

157 Dixi I. potestas publica: cum Jurisdicchio Conservatoria non minus à persona publica, quam personæ publicæ; non propriæ sed alienæ utilitatis gratiâ conferatur.

158 Dixi II. quosdam; nec distinxit personas, sintne plures vel pauciores; singulares aut universitates; Sæculares an Ecclesiasticæ; veluti nec Joannes Andreas, Francus, Sylvester & alii cum Passerino ad cap. ult. de Off. Jud. Deleg. in 6. n. 3. distinguendum existimant. Sæpius tamen personis Regularibus Judices Conservatores deputari solent, ut specialia, quibus insignitæ sunt, privilegia tueri & conservare valeant, uti patet ex specialibus Bullis Pontificiis, illustratis ab eodem Passerino d. l. à num. 59.

160 Dixi III. ab injuriis & violentiis manifestis. Id, quòd particulare est Jurisdicchio Conservatoris: cum aliæ Jurisdicchio species ad quaslibet injurias aut violentias extendantur; hæc (nisi competat vi privilegiorum generalium, de quibus idem Passerino. à n. 97.) tantum ad manifestas sit coarctata in cap. statumimus 1. d. 1. in 6.

161 Tunc autem injuria vel violentia censetur esse manifesta, quando est notoria, notoritate juris aut facti. Clariss. 162 P. Schmalzgrueber ad cit. tit. X. n. 51.

Dubia si videatur, aut exceptionis oppositione elidatur, non Judex Conservator, sed alius cognoscit per cit. cap. statumimus & ibi Passerino. num. 10. Azor Instit. Moral. p. 2. lib. 5. cap. 24.

163 Si tamen injuria sit certa, ac dubium solummodò versetur de notoritate, super hac ipsa Judex Conservator poterit cognoscere. P. Wiestner ad cit. tit. X. n. 102. tum quia cuiuslibet Judicis est cognoscere, an Jurisdicchio sit fundata. l. si quis s. ff. de Judic. tum quia, cui Jurisdicchio datur, & ea, sine quibus explicari nequit, concessa videtur cap. presentia 5. de Off. & pot. Jud. Deleg. l. cui Jurisdicchio 2. ff. de Jurisdicchio.

164 Dixi IV. absque judiciali cognitione. Cum enim in notoriis haud opus sit cognitione, vel processu judiciali; sanè Conservatores, qui solum in notoriis procedere valent, absque judiciali cognitione potestatem suam exercent d. cap. statumimus 1. ubi Passerinus n. 10. Azor Instit. Moral. d. p. 2. lib. 5. cap. 34. quest.

Dixi V. defendendi. Et quia defensio non tantum respicit injurias, jam illatas, sed etiam inferendas: hinc Conservatorum officium est, & injurias, ne fiant, cohibere; & si factæ supponantur, expiare vel resarcire, justâ satisfactione decretâ. Passerino d. l. num. 10.

Dixi VI. à S. Pontifice concessa. Quamvis enim Sæcularis Princeps neutiquam prohibeatur, in suo foro constituere Judices Conservatores; Canonistis tamen, ad tit. de Off. Jud. Deleg. & cap. 1. & ult. eod. tit. in 6. commentantibus, non de aliis Conservatoribus, quam à S. Pontifice deputatis, est sermo: siquidem in Ecclesiastico foro nemini, quam S. Pontifici, licet Jurisdicchio nem Conservatoriam tribuere. Azor d. l. q. 6. eò quòd contra Juris Communis regulas Conservator etiam contra Judices & Prælatos suos, injuriam aut violentiam manifestam admittentes, procedere valeat. Schmalzgrueber ubi supra n. 51. In 167 terim S. Pontifex non semper immediatè tribuit hanc Jurisdicchio, sed interdum mediatè, per privilegium nempe, Regularibus Ordinibus v. g. concessum, vi cuius Judicem Conservatorem pro suo libitu possunt eligere. Fagnanus in cap. si Clericus 5. de Foro Compet. n. 36. P. Reiffenstuel ad tit. de Off. Jud. Deleg. n. 170.

168 Quæres: an Jurisdicchio Conservatoria sit Delegata vel Ordinaria?

Resp. I. esse Delegatam, si juxta Commune Jus specialiter à Pontifice delegetur alicui personæ Ecclesiasticæ. Tamburini de F. A. tom. 3. disp. 17. q. 1. Barbofa de off. & pot. Ep. alleg. 106. n. 2. Passerino ad cap. ult. d. 1. in 6. num. 70. Ratio est: tum quia textus, de Conservatoribus agentes, ponuntur sub rubrica tit. de Off. Jud. Deleg. tum quia Jurisdicchio Conservatoria ex beneficio & nomine Pontificis exercetur arg. cap. ult. d. 1. in 6. tum quia, instar Delegatæ, cum morte concedentis, re adhuc integrâ, expirat d. cap. 5. ut autem in fin.

170 Resp. II. esse Ordinariam, quando non immediatè conceditur à S. Pontifice, sed vi privilegii generalis à personis privilegiatis Judices Conservatores, cæteroquin Jurisdicchio nem non habentes, eliguntur. Passerino d. l. num. 68. & seq. Ratio est: quia ejusmodi Conservatores non ab similes sunt Legatis Apostolicis, utpote cum Jurisdicchio nem exercent quidem nomine & beneficio S. Pontificis, sed stabiliter ac perpetuò, sine metu cessationis, per mortem Pontificiam inducendæ.

171 Resp. III. esse Extraordinariam, quando privilegii generalis in Conservatorem eliguntur aiquis, jam aliunde Jurisdicchio Ecclesiastica

stita instruitus. Ratio est: quia tunc non exercetur ex officio, ad hoc principaliter in-

stituto, sed ex speciali privilegio, post officium jam institutum & susceptum, indultò.

§. II.

Quisnam Jurisdicchio Conservatoria concedi possit aut soleat?

173 Jurisdicchio Conservatoria, si specialiter & immediatè concedatur à Sede Apostolica, conceditur tantummodò personis, in Dignitate Ecclesiastica vel Personatu constitutis, puta Episcopis, Abbatibus, Præpositis &c. Textus in d. cap. ult. in pr. de Off. Jud. Deleg.

174 in 6. Canonici simplices, tametsi Jurisdicchio nis Delegata non sint incapaces, Jurisdicchio nis tamen Conservatoris non censentur esse capaces, utpote nec in Dignitate, nec in Personatu constituti. Passerino. ibid. num. 10. Fagnanus ubi supra num. 55. Barbofa de Off. & pot. Ep. alleg. 106. n. 32.

175 Quodsi tantum mediatè concedatur, Canonici Cathedrales non prohibentur agere Conservatores, veluti cit. Passerino, & Schmalzgrueber num. 54. ex Bulla Gregorii XIII. & Pii V. deducunt.

176 Planè, si quis sub alterius Jurisdicchio, dominio, vel districtu, Ecclesiastico vel temporali, sit constitutus, exceptis Regibus & Reginis, non potest à Domino vel Prælato Jurisdicchio nali in Conservatorem assumi; sicut Conservatoris sui quis Conservator esse non

permittitur d. cap. ult. in pr. Periculum 177 enim subesse videtur, ne nimis favor aut reverentia justitiæ tramites intervertat. Passerino d. l. n. 13. & 21.

178 Si petas: utrum Conservator Jurisdicchio nem suam alteri delegare, & alium Conservatorem, sibi cæteroquin in caractere similem, substituere valeat?

Resp. negativè per expressam decisionem in d. cap. ult. 5. vices quoque &c. ibi: vices quoque suas (citationibus, ac sententiarum denuntiationibus exceptis, quæ per alios valeant exerceri) nulli committere possint, nisi hoc eis competenti ex beneficio literarum. Passerino. ibid. n. 31. & seq. 179

proinde conspicitur discrimen inter Jurisdicchio nem Delegatam, & Conservatoriam, quòd illa, si proveniat à S. Principe, subdelegationem non respuat. Nisi dicere malimus, in Judice Conservatore industriam personæ considerari; quòd casu ne quidem Delegatus Summi Principis ex num. 47. subdelegare potest. P. Wiestner ad tit. de Off. Deleg. num. 106.

§. III.

Quisnam effectus sit Jurisdicchio nis Conservatoris?

180 Effectus Jurisdicchio nis Conservatoris spectatur I. in eminentia potestatis, quæ turbatores, injuriantes, & vim inferentes, absque differentia compellere valent, etiam sub interminatione cenurarum Ecclesiasticarum, uti cum Glossa in d. cap. statumimus 1. verb. defendere, Sylvestro, & Barbofa statuit Azor Instit. Moral. d. p. 2. l. 5. cap. 34. q. 7. & 8. P. Wiestner ad cit. tit. n. 103.

181 Cum Episcopis tamen singulari cum discretione agendum est juxta terminos cap. quia Pontificis 2. d. 1. in 6. ut nempe eis primò ingressus ipsius Ecclesia vel Sacerdotale interdicator officium; ac deinde ab officio suspendantur, & subsequenter agerentur contra Ecclesiastica contra eos; nisi forte aliter fieri jusserit nimia contumacia protulerit sive culpa. Azor d. l. q. 12.

182 II. in obligatione, quæ tenetur se non tantum continere intra limites injuriarum aut violentiarum manifestatarum, nì velit analem incurere suspensionem, & partem, quæ sollicitavit assistentem in causis aliis, excommunicationi subjicere d. cap. ult. 5. ut autem &c. sed etiam intra limites & Diocesis, pro qua deputatus est, commorari; nec aliquem, ultra diem unam à Diocesi remotum, violentibus quoque partibus, citare potest d. cap. & §.

183 III. in observantia constitutionis Trident. 183 sess. 14. de ref. cap. 5. ut nempe, non obstante Jurisdicchio nis præstantiâ, Conservator in causis propriis, sive sit actor, sive sit reus, ordinarium tribunal, cui cæteroquin se tenebatur subjicere, non subterfugiat. P. Schmalzgrueber ad sepe cit. tit. n. 55.

CAPUT VIII.

De Jurisdicchio Contentiosa & Voluntaria.

Non postremum locum in serie specierum Jurisdicchio nali occupat Jurisdicchio Contentiosa & Voluntaria: siquidem utraque tam universalis est, ut actus Jurisdicchio nis vix unus invenitur, qui non possit ad Voluntariam aut Contentiosam, per tradita in cap. 1. n. 93. reduci.

SECTIO I. De Jurisdictione Contentiosa.

SUMMARI A.

- 1. Etymologia Jurisdictionis Contentiosa. 2. Definitio. 3. & 4. Explicatio Definitionis. 5. & seqq. Divisio. 8. & seqq. Objectum. 11. & seqq. Effectus.

§. I.

Quid & quotuplex sit Jurisdictio Contentiosa?

SI nomen Jurisdictionis Contentiosae perscrutari libeat, illud a contentione, seu oppositione proflixit, quatenus plerumque is, in quem Jurisdictio Contentiosa exercetur, aut cum altero contendit, aut alias, quia invitus est, se opponit. Jurisdictio Contentiosa definiri solet, quod sit potestas publica jus in invitos, per se loquendo, dicendi. Dixi I. jus in invitos. Sicque subindicae volui, minus accurate illos scriptitare, qui Jurisdictionem Contentiosam ajunt esse, quae inter litigantes & judicio invicem contendentes exercetur. Neque enim omnis omnino Jurisdictio Contentiosa aut litigantes aut judicium requirit, sed & citra judicium, & in unam solummodo personam quam frequentissime exercetur, veluti statim luculentius enitescet. Braun de Jurisd. cap. 4. §. 2. n. 2. Dixi II. per se loquendo. Tametsi enim subinde volentes & contentientes sint, quibus Jurisdictio Contentiosa administratur, uti si v.g. aliquis libenter tutelam suscipiat, alius cum voluptate Judicem agat, alius sponte in judicio compareat &c. id tamen est profusus per accidens, ac non ex natura hujus Jurisdictionis, sed peculiaribus circumstantiis solet accidere. Braun. d. l. n. 4.

§. II.

Quenam causae ad Jurisdictionem Contentiosam referantur?

OBJECTUM Jurisdictionis Contentiosae constituunt omnes causae, in quibus judici potest involvitur & repugnantibus. Tales sunt I. actiones, reales & personales; directae, utiles, & in factum; persecutoriae & poenales: actiones enim nihil aliud sunt, quam jura, quibus adversus repugnantes ea, quae nobis debentur, in judicio persequimur pr. Inst. de Act. Tales sunt II. actiones possessoriae, seu interdicta arg. l. actionis 37. in pr. ff. de O. & A. nam, & qui interdictum movet, aliquid fieri aut non fieri petit adversus eos, qui sponte facere, aut non facere detrectant. Tales sunt III. citationes, ceterique actus judiciales; item stipulationes Praetoriae, v.g. damni infecti, legatorum servandorum causa, & similes arg. cit. l. actionis 37. quia in persequutione, seu petitione harum stipulationum, praecedere potest, aut solet actio, quae judicium, quod redditur in invitum, supponit. Obrecht d. l. n. 22. & seqq. Vinnius de Jurisd. cap. 6. n. 5. D. Braun d. l. n. 3. D. Ertl in praxi aenea de Jurisd. Bassa lib. 3. cap. 4. obs. 2.

§. III.

Quis effectus sit Jurisdictionis Contentiosae?

EFFECTUS Jurisdictionis Contentiosae considerari potest in sequentibus. I. requirit & causas & personas, moraliter & ac physice distinctas, quibus & circa quas dicitur ex cap. 1. à n. 147. II. desiderat certum locum, in quo rogetur, & extra quem nulliter exercetur l. Praef. 3. ff. de Offic. Praef. l. ult. ff. de Offic. Praef. Urbis l. ult. ff. de Jurisd. cap. ult.

III. exigit certum tempus, hoc est, dies non-feriatis: quiescere jubetur in cap. omnes 1. cap. ult. de Fer. l. ult. Cod. sabb.

SECTIO II. De Jurisdictione Voluntaria.

SUMMARI A.

- 14. Etymologia Jurisdictionis Voluntariae, 15. & seqq. Apud multos coincidit cum Actionibus Legis. 18. Quorum opinio nauquam assumitur. 19. Definitio. 20. & seqq. Definitio exoneratur. 25. Dividitur in Simplem & Qualificatam. 26. & seqq. Utriusque convenientia. 31. & seqq. Dispensentia utriusque naturae. 35. & seqq. Enumeratur causa, ad Jurisdictionem Voluntariam Simplem pertinentem. 38. Infirmatio testamenti & donationis à quibusdam remouetur ab hac specie. 39. & seqq. Sed inani ausu. 42. & seqq. Potest etiam huc reduci dispensatio, collatio, concessio privilegii &c. 44. & seqq. Item assistentia Parochi in Matrimonio. 48. & seqq. Adducuntur actus, ad Jurisdictionem Voluntariam Qualificatam spectantes. 54. & seqq. Ponitur utriusque Jurisdictionis effectus.

§. I.

De Jurisdictione Voluntaria in genere.

JURISDICTIO Voluntaria neque à voluntate Magistratus notionem suam emutuavit, quae tam pro suo arbitrio accommodet; neque à voluntate partium, quasi eam pro suo libitu petant; sed potius ab actibus, qui non imperantur per se loquendo, sed à volentibus solum & contentientibus peraguntur. Sutholt aphor. 325. Lauterbach in disp. de Jurisd. Volunt. (quae inter Disp. Tubing. Vol. 1. est 29.) ch. 2. D. Ertl in praxi aenea de Jurisd. Bassa d. lib. 3. cap. 6. obs. 1. Braun d. cap. 4. §. 9. num. 1.

Pro Synonymis Jurisdictionis Voluntariae ponunt DD. frequentissime Actiones Legis, ubi ne quem offendant vocabulum, sciendum est, olim Lege agere nihil aliud fuisse, quam aliquid eorum, quae à Lege continerentur, in jure obire, seu secundum Legem judicari à liquid facere & exequi. Indeque Legis actiones erant quaedam formulae verborum solennium & certorum, à quibus non licebat discedere in petitionibus, persequutionibus, conventionibus &c. l. necessarium 2. §. 6. ff. de O. J. Postea verò id mutatum, ac nomen hoc Legis actionis propriè tributum actibus Voluntariae Jurisdictionis per l. Magistratum 4. ff. de Adop. l. nec adoptare 3. ff. de Offic. Procons. l. adoptare 1. ff. de Offic. Jurisd. Sutholt aphor. 170. & seqq.

Cujus rei rationem Interpretes dant istam: quia adoptio, manumissio, emancipatio (qui actus ad Voluntariam Jurisdictionem pertinent) nihil habent nisi à Lege. cujus solennitate perficiuntur: in litium actionibus contra (hoc est, qui ad Jurisdictionem Contentiosam spectant) minimum est à Lege, plerumque à Jurisdictione. Distingunt etiam nonnulli Authores actiones Legis ab actionibus legitimis in eo, quod actus legitimi etiam extra jus & sine Praetore, vel alio Magistratu expediantur; Legis actiones nunquam nisi apud Magistratum.

Verùm, uti nullus dubito, quosdam actus Voluntariae Jurisdictionis dictos fuisse Legis Praesertim Jurispr. CAN. CAP. TOM. I.

actiones; ita vehementer ambigo, an omnes actus Jurisdictionis Voluntariae possint appellari Legis actiones: quandoquidem Sutholt aphor. 330. ac cum eo Vinnius de Jurisd. cap. 6. n. 7. propriè tantum tres Legis actiones fuisse, asserunt, scilicet adoptionem, manumissionem vindictam, emancipationem per l. Magistratum 4. ff. l. bi qui 1. Cod. de Adop. l. ult. Cod. de Emancipat. lib. l. ult. Cod. de Verbal. lib. 90 quod in iniis status & libertatis causa verificatur: cum tamen multo plures actus supersint, ad Jurisdictionem Voluntariam pertinentes.

Definiri potest Jurisdictio Voluntaria, quod sit potestas publica jus inter volentes per se loquendo dicendi.

Dixi I. potestas publica. Sed qualis? an Ordinaria, ut habet Francisc. de Claper. concl. 23. an Extraordinaria, ut tenent Vinn. cit. l. cap. 8. num. 9. & seq. Lauterbach cit. disp. lib. 16. & alii? Resolvendum est ex cap. 1. n. 90. ubi diximus, dari quosdam actus, qui Jurisdictionis Voluntariae sunt, nec tamen ex speciali Legis indulgentia, sed ex officio & jure ordinario sunt concessi; uti v.g. est datio honorum possessio- nis, quae, cum mandari possit l. cognitio 4. §. 1. ff. de Offic. ejus &c. utique jure Magistratus competet per l. quascunque 1. in pr. ff. eod. infirmatio donationis l. un. Cod. de Offic. Jurisd. Alexandr. Nov. 15. cap. 3. in pr. infirmatio testamentorum d. Nov. & l. omnium 19. v. qui actus cujuscuque Judicis &c. Cod. de Testam. Adeoque, cum & alii sint actus, Jurisdictionis Voluntariae certo accendendi, veluti adoptio, manumissio &c. siquae speciali Lege concessi nocantur, per textum in num. 15. & 18. allegato: Jurisdictio Voluntaria de se nec Ordinaria, nec Extraordinaria est, sed abstrahit ab utraque.

Dixi II. Jus dicendi. At quomodo, ais, 3. dicitur, ubi nulla actio, nullum judicium? Dicitur hoc modo. Magistratus audit intentionem petentium, praesentiam accommodat.